



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1843**

VI. Notiz über andere Statute eines Bischofes Burchard, nach dem Havelberger Brevir.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54314](#)

stre dioecesis deliberatione diligentia, Statuimus et irrefragabiliter ordinamus, Ne non sub pena suspensio-  
nis ab officio, vnius tamen mensis spatio pro tercia et canonica monitione premissa, quam in quemlibet  
nostrorum decreti in hiis scriptis ferimus contemptorem, districtissime inhibemus, ne aliqui sacerdotes vel  
clericis beneficiati in diebus omnium et singularum festiuitatum infra scriptarum, videlicet In festo Nativi-  
tatis Christi, beati Stephani, Johannis Evangeliste, Circumcisionis domini, Epiphanie domini et omnium  
festiuitatum gloriose virginis Marie, In die palmarum, bona quinta feria et sexta feria, In vigiliis et in  
die pasche cum tribus sequentibus et in omnibus letaniis ascensionis domini, In vigilia et in die pen-  
theocostes cum duobus frequentibus, Johannis baptiste, petri et pauli, laurentii martiris et in omnibus fe-  
stiuitatibus omnium apostolorum, Marie magdalene, Michaelis archangeli, omnium sanctorum et omnium  
animarum, Martini, Nicolai confessoris, se de cetero audeant absentare, Sed omnes et singuli clerici et  
personae supradicte per se ipso si presentes exsisterint vel per suos vicarios vel capellanos, si de nostra  
licentia sint absentes, In vesperis, matutinis, processionibus et missis omnium festiuitatum predictarum, In vigiliis,  
in die animarum, vacum plebano aut vices ipsius gerente, supellicii indutis, ipsi plebano vel vica-  
rio eius reverenter astare et dictis horis sollemniter cantando et domino psallendo interesse teneantur.  
Ne autem pretextu ignorantie ab obseruantia huius statuti se quisquam valeat excusare, vobis dominis  
prepositis in virtute sancte obedientie damus in mandatis continuis, hujusmodi statutum clericis vobis  
subiectis publicetis et inter alia statuta synodalia sub pena synodali conferbi faciat, Transgressores hu-  
ius Statuti et aliorum statutorum synodalium sub debito obedientie literis vestris fideliter nobis rescri-  
bendo. Datum vistogk anno Domini M°. CCC°. IX°. feria quartaj proxima post festum beati Nico-  
lai Episcopi nostro sub Sigillo.

Nach dem Havelbergschen Copialbuch der von der Hagenschen Bibliothek in Hohennauen  
mit der Jahreszahl des Textes, in dem Havelberger Brevier mit der Jahreszahl 1390.  
Da beide Jahreszahlen offenbar falsch sind, so gehört das Statut vielleicht in das Jahr  
1360, indem die Zahl LX. in IX. verschrieben ist.

#### VI. Notiz über andere Statute eines Bischofes Burchard, nach dem Havelberger Brevit.

Primo sunt ibi statuta domini Borchardi quondam Episcopi Hanelbergensis. Ibi inter cetera  
ipse primo per modum Epilogi sub breuitate recolligit statuta prouincialia, deinde specialiter prouidet  
contra curatos et non curatos absentantes se a suis beneficiis et officiis debita non exercentes et man-  
dat eis sub pena excommunicationis late sentencie, ut infra mensem resideant. Deinde contra habentes  
plura beneficia etiam specialiter inuehitur comminando priuacione, nisi infra mensem ostendant dispensa-  
tionem cum eis factam. Deinde etiam statuit de locantibus et conductentibus beneficia Et vult ibi, quod  
quilibet locans recipiat tertiam partem a conductore secundum formam Registri visualis, alioquin tam lo-  
cans quam conducens sentenciam excommunicationis ipso facto incurrit, si locans excedit illam quanti-  
tatem. Idem etiam sub eisdem penis statuit, quod nullus debet officiare, nisi habeat ab Episcopo ac-  
cessum altaris et sit approbatus.